Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Quod ceste · tanto absurdius dicitur · quanto uanius cogitatur.
Si autem non per se factus est · non est factus omnino · Quoniam quid
quid factum est · per ipsum factum est · Omnia enim per ipsum
facta sunt · et sine ipso factum est nihil · Miror parum attendi ·
quaeram expressae euangelista uoluit intimare · ut neminem
dissimulare permitteret · Non enim satis fuit dicere omnia per ipsum
facta sunt · nisi adderet et sine ipso factum est nihil · At ego quam uis
tardus · et nondum deuersa caligine · sauciumentis oculum gerens
ad intuendam patris et filii incomparabilem ineffabilem que prestiam ·
tamen hoc tota facilitate complector · quod nobis in euangelio propterea
praeseminatum est · Non ut hinc comprehenderemus illam diuinitatem ·
sed ut hinc ammoneremur · Non oposterenos de memoria · com
prehensione iactare · Si enim omnia per ipsum facta sunt · quicquid
non per ipsum factum est · non est factum · Ipse autem per se factus non est ·
Non est igitur factus · et omnia per ipsum facta esse ab euangelista credere
cogimur · Ab eo de mergo cogimur eum factum esse non credere ·
Item si sine ipso factum est nihil · ipse ergo nihil est · Aut factum non esse ·
non autem sine se factum esse · Restat ut fateamur · aut non sine
se factum esse · quia sine se factus est · Quod si opinari sacrilegum est ·
non possumus dicere · Si enim ipse se fecit · iam erat antequam fieret ·
Si autem ad se faciendum · alteriam quo factus est · adiutorium prebuit ·
nihil ominus ut se adiu ante ipse fieret · iam erat antequam fieret ·
Relinquitur itaq: ut sine se factus sit · Quicquid autem sine illo
factum est · nihil est · Aut nihil est igitur · aut factus non est ·
Sed non est nihil · Factus igitur non est · At si factus non est ·
Et tamen filius est · sine dubio natus est · Quomodo inquis potuit
de solo patre nasci filius · aequalis ei de quo natus est · iam hoc
enarrare non possum · Et cedo propheta dicenti · Generationem
eius quis enarrabit · Quod si tu de humana generatione quaper
uirginem natus est accipiendum putas · ipse et discute · et interroga